proximioribus, Ad consentiendum super obligationem et inscriptionem praesentem pro praefato Joanne Lodzinski in actu ipsius facti super omnibus ipsius eam in omnibus bonis ipsius mobilibus et immobilibus per eum habitis et possessis ac possidendis et habendis et ipsi servientibus adducere et statuere sub vadio similis summae Quadringentorum et quinquaginta florenorum pecuniae, Quod vadium seu vadia in se et omnia bona sua mobilia et immobilia ubicumque in quibuscumque terris et districtibus habitis et habendis ultronee assumit et recepit illisque se et suos successores onerat et subiecit, Pro quo quidem vadio et vadiis ex quacumque causa non completa transgrediendum, si se ipse Joannes Lodzinski cum suis posteris eidem Martino Sroczkowski vel eius posteris ad officium terrae et castrensem seu officium Capitaneale Premisliensem, sive etiam ad officium castrensem Capitaneale Sanocensem, quibus omnibus recedendum a terris et dictis suis propriis, Tum et ab omni proprio foro se per praesens se in hac parte incorporat, Citatus quocumque genere pro qualibet die etiam non expectatis indiciorum seu officiorum terminis citare evocareque permisserit, eiusve successores permiserint, Extunc in primo termino tanquam in peremptorio stare parere rendere, atque pro vadio seu vadiis satisfacere tenebitur et eius successores tenebuntur quem sibi et suis successoribus constituit peremptorium, Eundem primum terminum vera vel simplici infirmitatibus neque pro maiori differendum ad regiam Maiestatem neque alibi se excipiendum ad quietationem nisi ad acta castrensia Premisliensia ubi repositio summae praefatae futura est, dilationem non recipiendum, Minorennitati successorum, Nec interregno se tutandum, Nec poenatrium Marcarum pecuniae, Nec etiam triplici poena Novem Marcarum pecuniae contra eundem Martinum Sroczkowski et ipsius posteritate pro praefato vadio et vadiis evadendum abrenunciandum in quibus omnibus iuris remediis, dilationibus motionibus appellationibus, et ad easdem prosequendum ad citationibus, Nec evasionibus quibusvis, nulla re excogitata et colore excogitato, Nullis praescriptionibus terris regalibus particularibus et generalibus Conventionibus bellicis expeditionibus, Aquarum inundationibus, peste egritudinibus Constitutionibus Regni omnibus novis et antiquis laudatis et laudandis praesentem inscriptionem in aliquo praepedire valentibus, Nec aliis quibusvis legalibus impedimentis intra et extra iudicialibus excogitatis et excogitandis eundem primum terminum differendum, Nec aliis quibusvis coloribus et exceptionibus iuridicis et extraiuridicis quae in dustria humana excogitari et adinveniri possunt, quibus omnibus in quibus cum suis posteris abrenunciat et ab eis recedit Nec poterit quicumque sibi in auxilium contra ipsum Martinum Sroczkowski et eius successores recipere, sub amissione sui suorumque successorum totius causae, Quo vel quibus vadiis solutis et in exequutionem deductis, utique inscriptioni praesenti et omnibus in ea contentis sub similibus vadiis ipse Joannes Lodzinski cum suis successoribus re ipsa satisfacere tociens quotiens ipsi Martino Sroczkowski vel eius posteris fuerit, Nulla praescriptione terrae in praemissis obstante, Quod memoriali fuit est

Fozanski ttr Pop de Kathina

Comparens personaliter ad officium et ad acta praesentia Castrensia Premisliensia Nobilis Iwan Fozanski dictus Fassula, A iure foro, suis quibusvis propriis recedendo praesenti vero Castrensi Premisliensi iurisdictioni, se successores bonaque sua omnia in toto quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis attinet, incorporando et subiciendo, Sanus mente et corpore existens, publice per expressum recognovit, Qui a Regiliano Stegloritz Graeci Presbytero de villa Kathina ad Capitaneatum praesentem Premisliensem pertinentem, Tenute Magnifici Joannis Herburtt de Fulstin Castellani Sanocensis et Capitanei Premisliensis, summam quatuordecim florenorum et viginti grossorum pecuniae et mon polonicae certi veri et liquidi debiti mutuatique pecuniae tenetur et est debitus, praesentibusque easdem quatuordecim florenorum et viginti grossorum pecuniae eidem Pop et successoribus eius in et super bonis suis obligat et inscribit pro die et festo Nativitatis Gloriosae Mariae virginis proxime et immediate venturum, daturum, realiterque et in effectu persoluturum, ac ad acta praesentia Castrensia Premisliensia repositurum, nec iterum ab eisdem Actis exsidentissorum, Sub vadio similis summae quatuordecim florenorum pecuniae mon et mui et grossorum viginti in casu non solutionis summae praefatae pro die et tempore suo praescriptae, solutioni assignatae per dictum Fozanski fassula et successores eius eidem Pop posterisque eius ad solvendum irremissibiliter et de facto succumbendum, Quod vadium nullo decreto officii intervenientem sed virtute inscriptionis praesentis in summam capitalem et essentialem debitum cedet et convertetur Sicque summa praesentis cum vadio simul iunctis et connexa in et super omnibus bonis mobilibus et immobilibus nunc et in post habitis extendetur, et extendi debebit, Insuper praefatus recognoscens se successores suos in et super bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus nunc habitis et in posterum habendis obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex his Actis Castrensibus Premisliensibus ad acta terrae Premisliensis infra decursum unius Anni transferre et transportare, similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub vadio simili quatuordecim florenorum et grossorum viginti mon et mui polonicae, Pro quo quidem vadio et vadiis ex quacumque re et causa succubitis et succumbendum, si se praefatus recognoscens ad officium Castrensem Capitaneale Premisliensem citare permiserit, Extunc interim sui priori recessioni coram eodem Castrensi Premisliensi officio, cui se Crescentiae actus praesentis subiicit, in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere rendere ac pro praefatis vadiis et vadio tociens quotiens opus fuerit satisfacere tenebitur et successores eius tenebuntur, Omnibus exceptionibus, Controversiis suspensionibus, Evasionibus, aliisque quibusvis legalibus impedimentis, Actione pro maiori abrenunciandum et ab eis recedendum, Nulla praescriptione terrae Taciturnitati, Diuturnitati temporis, abusu inscriptionis praesentis obstante, super quo memoriali positum est officio

Thirawski quietat alium

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Jacobus Thirawski Recedendum a terris dictis et iuribus ac foro suo quoque proprio et competente, praesenti vero iurisdictioni Castrensi Premisliensi se successores suos bonaque sua omnia in toto quo ad actum effectumque praesentis inscriptionis attinet incorporando et subiciendo, Sanus mente et corpore existens